

Y 8
2662

II. 80. F.

(cat. 2, 5-17.)



*De Plebanis ante Reform. et Pastor. post
Reformul. in Coleg. Viteberg* 8

NOVAS INFVLARVM ACCESSIONES
VIRO
SVMME REVERENDO MAGNIFICO ATQ
EXCELLENTISSIMO
DOMINO
CAROLO GOTTLOB
HOFMANNO

SS. THEOLOG. DOCTORI ET PROFESSORI
PVBLICO ORDINARIO ET ADHVC ALVMNORVM
REGIO-ELECTORALIVM EPHORO
GRAVISSIMO

NVNC VERO
SVPERIORVM AVCTORITATE ANTISTITI
SACRORVM GENERALI CVRIAE ECCLESIA-
STICAE ASSESSORI AD D. MARIAE PASTORI PRI-
MARIO ET SCHOLARVM INSPECTORI

RECENS CREATO
CARMINE QVODAM PHALEVCIO

PIE GRATVLANTVR
RECTOR ET COLLEGAE LYCEI
VITEMBERGENSIS

VITEMBERGAE A. R. S. ∞ MDCCXL

STANNO BOSSEGELIANO

NOVAS INUITARVM AGCESSIONES
VIR O
SVMME REVERENDO MAGNIFICO ATO
EXCELLENTISSIMO
DOMINO
BVCHANANVS

Plerorumque omnium ecclesiar. Antist. interpres:

Heu quanta numero, uiribusque, factio
Me uexat odiis impiis!

Quam perditorum firma conspiratio,
Coniurat in meum caput!

Et affuerant, spem salutis in Deo
Superesse iam nullam mihi:

Quum Tu sub umbra praeciantem me Tui
Tam saepe scuti texeris:

Quum laudis auctor sis meae, quum gloria
Meum corones uerticem

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA

RECTOR ET COLLEGAE LICEI
VITIMBERGAE A. R. S. COELEGII

STANNO BOSSOGLIANO



tat tandem pietatis, & Virorum
 Doctorum, celebris palaestra, Christi
 Curis, auspiciisque, dedicata,
 Et *Ducis Sapientis* apparatu,
 Ac sumptu grauiore, praeparata,
 Albis quà rapidus cito fluore
 Lambit *Saxonis*, alluitque, terras,

Terras *Leucoreas*, sacrasque Musis,
 Et gens sancta pios colit Ministros,
 Sacrae militiae Duces potentes,
 Ac Mystas, venerabilem cateruam
 Doctrina, studiisque, *dirigentes*.
 Namque *Antistitis* obtinet *sacrorum*
 Tunc SLAMOVIVS arduos honores, (1)
 Cui primum titulum, sacramque laurum
 Cum bacca uiridi, dabant Patroni
 Iuris, Pontifici suo probati,
 Et quem nobilitauerat uetustas
 Praeclari generis. Sequi uidebat
 Gens diuina FABRVMS, grégis sacra (2)
 Doctorem, celebremque, publicumque,

⌘ 2

Fortu-

- (1) Primus eccles. Vit. a condita academia, Plebanus, et Sacrorum Antistes fuit LAURENTIVS SCHLAMOW *de Beltz*, iuris pontif. Baccal. Huius oppidi plebani titulo sub primo Recl. Academ. MARTINO POLICHIO *de Mellerstad*, tum artium, et medicinae, post, anno sequenti 1503. in aede parochiali primo S. Theol. hic creato Doctore, Albo, seu Matriculae, quam appellant, Academiae est inscriptus, in qua Ao. 1505. V. Nonas Maji, die inuentionis crucis, suscepto hoc titulo insignitur, et elogio: LAURENT. SLAMAW, *Reuerendus* ac Clarissimus sacrorum canonum Doctor, Vniuersitatis Fautor unicus, uirque plane nulla uirtutum labe notatus, oppidi Witebergensis Pastor uigilantissimus.
- (2) D. NIC. FABRI de GRÜNENBERG, uel VIRIDIMONTANVS, Theol. Prof. In Matricula tamen, seu Albo Academ. dicitur egregius Vir Nicol. Viridimontanus, Artium et Philosophiae Magister, sacrae Theologiae Professor, et Ecclesiae Legnicensis Canonicus, anno 1508. die Lucae Rector Academiae renunciatus, sub quo inscriptus est Frat. MARTINVS LVDER de Mansfeldt, Augustinianus. uid. de hoc et Praedecessore Album eccles. Vit. Antistitem, uulgo das Superintendententen-Buch.

Fortunaeque suae fabrum, cohortis
At sanctae miserum Ducem. (Ferebat
Sic aetas, meliore destituta,
Post annos aliquot micante, luce.)

SIMON HENNIGIVS, Borussius, alter (3)
PONTANVS, celebrique fratre clarus, (4)
Et uita, studiisque, perpolitus,
Functi munere Praefulum leguntur.

Nunc uirtus animosa, plena Zelo;

Doctrinaque repleta mens *Lutheri*,
Pura religione restituta,

Fulmen pontificis, *Leonis*, omni
Nisu diripuit, nouosque Mystas,
Primores populi, Deo dicati,
Rebus constituit sacris. Superno
Caelo missus adesse iudicatur

Diuinus POMERANVS, ille felix (5)

Interpres, bonus ille, litterarum,
Quas scribae bona lingua dicitauit,
Sancti qui Digitus Patris uocatur,

Et commune decus piaecateruae,
Ac fidus socius boni Lutheri,

Quem Lutherus *Episcopum* * salutat

Terrae Saxonicae, sacrique coetus,

Post quem funere flebili peremptum

Spartam Praefulis ornat hic EBERVS. (6)

Sacrum dein VIDEBRAMIVS gubernat (7)

Clauum, sed misero, fatisque tristi

Successu. Studiis enim obsequutus

Caluini, statione mox, locoque,

Excussus, moritur repente in urbe

Myr-

(3) SIMON HENNIG, Baccal. Theol.

(4) SIMON PONTANIUS frat. D. Pontani, Cancellarii.

(5) Post emendata sacra D. Io. BVGENHAGIVS, Pomeranus, per annos 35, Vitam celeberrimi huius Theologi Ao. 1731. Budissae edidit Io. Christoph. Langius, Past. Secund. Budiss. Epitomen eius uide in Antiq. Nou. Theol. ad An. 1733. p. 113. et ante eum M. CHRISTOPH. FRIDER. LAEMMELIVS, Hafn. 1706. * In Praef. *Interpretationis Psalmorum* à BVGENHAGIO Vitemb. publice lectae dicit eum *Episcopum Ecclesiae Witemb. voluntate Dei, et Patris nostri.*

(6) D. PAVLVS EBERVS, per annos IX. electus d. 27. Iul. 1558. obiit 1569. IV. Id. Decembr. Eius auspiciis Scholae nostratis aedes mense Iulio 1564. aedificari coepit.

(7) D. FRIDERICVS WIDERRAM, ob Caluinianism. Ao. 1574. d. 15. Maii remotus, obiit Heidelbergae anno eod. cum per quadriennium in hoc officio haesisset, quod d. 15. Ian. Anno 1570. nactus erat.

Myrreto celebri uirente Nicri.
 Sed non deficit alter admouendus
 In locum uacuum. Probus magister
 Exemplo, calamo, sonoque, praestans,
 Excellensque EBERHARDVS, has habenas (8)
 Arae thuricremae, decente ritu,
 Sed tempus breue, dirigit, malorum
 Nil conuicia, nil calumniarum
 Moles infortitas, malos libellos,
 Aut iras, metuens, minas, dolores,
 Aut ictus, rabiemue, *scorpionum*.
 Qui postquam placide, Deique nutu,
 Tranquilleque, paratus, acquieuit,
 Hunc coetum regit, et potente uerbo
 Instillat soboli pie salutem
Multis fructibus inclutus LYSERVS, (9)
 Quem *Brunswiga* suum iubebat esse,
 Post lustrum geminum, ducem fidelem
 Electi generis, probique coetus.
 In locum celebri uiri huc uocatur
 Iena VOIGTIVS, edocens cateruam (10)
 Christi, per spatium morae bienne,
 Et menses aliquot. Receptit Ordo
 Sanctus PIERIVM, nouum at Patronum (11)
 Caluiniae haeresios, quod ominari
 Vix quisquam potuit. Sed ipse iustam

Poe-

- (8) D. CASP. EBERHART, Schnebergensis per annum. Selneccero dicitur Doctor Sincerus, Vir optimus, qui animose et strenue Spiritu spontaneo sustentatus, reliquis sacramentariis restitit, et uetus fermentum expurgare studuit, non metuens inuestiuas, iambos, cantilenas, *paquillorum* frequentiam, et acerbitatem, conuicia, calumnias, uociferationes, minas, gladios, et, ut ipse loquebatur, *scorpionum ictus*, et morsus. Correptus autem ardente febrim in uera agnitione, et inuocatione filii Dei, *7i Saedegoras*, placidissime obdormiuit. Ab huius excessu *Vice-Pastor* fuit M. MARTIVS, Oberndorffius, Theol. Prof. Publ. antehac ecclesiae Miruicidensis Pastor, qui D. Pezelio à Prof. Theologica remoto successerat. uid. da8 Superint. Biih.
- (9) D. POLYC. LYSERVS, Wineda Wurtemberg. Ao. 1577. die Purif. Mariae, ecclesiae Pastor et Superintendentens constitutus et introductus est à D. Iac. Andrea, cui eo tempore ab illustrissimo principe AVGVSTO, Elect. Sax. commissa fuit generalis inspectio eccles. et Scholar. in toto Elektoratu. A. 1587. ad Brunswicensem *Ecclesiam* concessit ipso brumalis solstitii tempore, rem dirigentibus Crypto-Caluinianis Dresdenibus, ut haud acre dimitteretur. v. l. c.
- (10) D. DAN. VOIGT, voc. Ao. 1587. obiit 1589. d. 26. Nou.
- (11) D. VRBANVS PIERIVS, ab officio motus 1591. a quo tempore uicem Pastoris obiit MYLIVS, Prof. in Acad. Ienensi.

Poenam stultitiae dedit, molestis
 Umbris septus in arcis, adiacentis
 Vrbi, carcere. MYLIVS, uocatus,
 Mox uices obiit, nouasque rursus
 Caluini grege moliente turbas
 Brunsviga repetunt probum LYSERVM (12)
 Drefenae Proceres Sacri Senatus,
 Sed doctus modo mutuo LYSERVS
 Ad tempus datus est piaee cohorti,
 Quam mitissima Leucoris fouebat.
 Drefenam Celebris Viro uocato,
 Munus Praefulis HVNNIVS uerendus, (13)
 Sincerae pietatis Architectus,
 Annos auspiciis nouem administrat
 Laetis, quem modo nominatus ille
 MYLIVS sequitur, nouam capeffens (14)
 Magni Praefulis ipse dignitatem,
 Quam post Pierium, loco repulsum
 Collegaeque, sibi que, uindicarat,
 Dum Tu, Vir probe, Magnae BALDVINE, (15)
 Coetus Saxonicis, sacrique, grandem
 Curam suscipis, et Dei cateruam
 Sincera pietate dirigendo
 Veram rite doces uiam salutis.
 Quo tandem subeunte fata, PAVLLVS (16)
 ROEBERVS docilem manum piorum
 Antiquae fidei renax, tuetur.
 Cui succedit in aede Pastor ampla,
 Antistesque, CALOVIUS fidelis, (17)

Et

- (12) D. POLYCARPVVS. uid. No. 9. Ao. 1592. restaurandae ecclesiae huic, quae secundum à Caluinianis turbata erat, ad tempus à Brunsvicensibus commodatus fuit. Adeatur Summe Reu. ac Magnif. D. ZEIBICHIVS in Tract. de Theologis ad tempus commodatis p. 63. ubi etiam de uita *πολυκαρπίου* Lyseri copiose et eruditissime exponitur. Ao. 1594. uocatus ad munus Concionatoris aulici primarii, Drefenam concessit, post difficiles deliberationes, et populi molestias multas, aegre à Brunsvicensibus dimissus. Mortuus est 1610. addatur REHTMEYERII *Hist. eccles. Brunsvig.* P. IV. p. 104. seq. ubi multa singularia, huc spectantia, iuueniuntur.
- (13) D. AEGYDIVS HVNNIVS, Lyseri ciuis, Marpurgo euocatus 1592. Kal. Maii successit Lysero, Drefenam uocato in Antistitis munere, cui annos IX. praefuit. obiit IV. Apr. 1603.
- 14) D. GEORG. MYLIVS uoc. 1603. denat. 1607. d. 28. Maii.
- (15) D. FRIDER. BALDVINVS, Drefenensis, per annos XX. ecclesiam rexit. Mylio successor datus 1607. obiit 1627. d. 9. Maii.
- (16) D. PAVLVS ROEBERVS, Wurzenensis, Pastor per annos XXIII. ab anno 1628. ad 1651.
- (17) D. ABRAH. CALOVIUS, Morung. Borussus per an. 34. Hic anno sec. LIV.

Et Zelo grauis, integerque uitae,
 Felixque heresios, nouique cultus,
 Semper Malleus, et Columna gentis,
 Et spes firma sacrae, senexque sanctus.
 Suggesto moreris sacro, BEBELI, (18)
 O et praesidium eruditionis,
 Musarumque Decus, cito cruoris
 Correptus uehementoris ictu.
 LOESCHERVS *Senior*, fidelitate, (19)
 Et uita, studiisque, comprobatus,
 Ac multum uenerabilis, sacratam
 Indutus tunicam, gregem regebat,
 Et Mystas gregis optimil regebat
 Ter denos probus, et duos per annos,
 Qui desiderium sui reliquit
 Ingens, nec satis ille uixit amplae
 Genti, tot meritis, honoribusque,
 Clarae, Progenie Virum superstes,
 Quos nunc Eusebie colit, Themisque,
 Laeta. Molliter ossa sed quiescant,
 Multo fracta labore, fracta curis!
 Hunc VVERNSDORFIVS excipit, disertus (20)
 Magni Praeco Dei, gregisque Custos,
 Defensorque pius, probusque, Veri,
 Mystarumque Caput, Decusque Summum,
 Vir post fata canendus, et colendus.
 Per quinquennia bina cum cateruae
 Non ampla sine laude praefuisset,
 Munus tradit ABICHTIO, fideli (21)
 In bellis Domini sacris Ministro,

LIV. d. 14. Febr. solemnī actū, nouumque Superintendentem clementissime deducente Serenissimo Pro-Electore, Io. Georg. II. qui Lichtenburgo eius rei causā huc aduenerat, per Magnif. D. Iac. Wellerm inuestitus est. uid. das Superint. Buch. decessit 1686. d. 20. Febr.

- (18) D. BALTHAS. BEBELIUS, Argentorat. huc uocatus Ao. 1686. accessit circa Sacrum Ioannis, statim ab initio concionis d. 2. Oct. mortuus.
- (19) D. CASP. LOESCHERUS, Werda-Misn. Cygnea praeter spem, et fere etiam, ut ipse scribit, praeter uoluntatem huc uocatus 1687. mort. 1718. eccles. praefuit huic 31. annos.
- (20) D. GOTTLIBIUS WERNSDORFIUS, Superint. ab Ao. 1719. ad An. 1729. ipsis Cal. Iul. e.a. beate decessit.
- (21) D. IO. GEORG. ABICHTIUS, Gedano uocatus mense Octobr. 1729. Ex Gedanenium calamitatibus, 1734. ibi ortis, feliciter ereptus, denar. 1740. die pentecostali, quo ante decennium orationem auspicalem ē suggesto sacro ad concionem, in aede Mariana praesentem, habuerat.

Ductorique seni, breui perempto
Humanis, miseris, uagisque, rebus
Felici, placidaque, morte. Terram,
Dum iam Spiritus est polo receptus,
Nos leuem exuuiis Tuis precamur.

Nunc munus fatis arduum tueris
Iussu Principis, & sacri Senatus
Summi, *Vir Pie, Praesul aedis amplae,*
Quam iussit DOMINVS TIBI recludi.

Hos, **HOFMANNE**, Tibi nouos honores, (22)
Quos gessere Viri perenniore
Fama, carmine, gloriaque, digni,
Hanc, **PRAESVL**, Tibi quisque dignitatem,
Infulasque Tibi nouas, **PATRONÈ**,
Scriptis, uoce, animoque, gratulamur.

Qui casus alios acerbiore,
Et clades tetigere duriores,
A Te iam procul hinc abesse Numen
Diuinum iubeat, Tuaque Gente,
Priscorumque Virum secunda fata,
Et maiora subinde largiatur
Incrementa Tibi Deus, benignus
Orbis Arbitrator, atque Fons salutis,
Et nostris studiis fauere pergas,
Et, **PRAESVL**, faucas bono Lyceo,
Et semper faucas, **VERENDE PRAESVL**,
SANCTI DELICIAE, DECVSQVE COETVS,
REGI, NOBILIBVS, DEOQVE, CARVM

(22) D. CAROLVS GOTTLOB HOFMANNVS, Schneberg.
Prof. Theol. Vitemb. Antistitis munus, et reliquas dignitatum et fortunarum accessiones, nactus 1740. quod Deus felix, faustumque esse iubeat!



Pou Ye" 2662

40




✓
5b

vsn 8

1017

M.C.





*De Plebanis ante Reform. et Pastor. post
Reformat. in Eccl. Viteberg*

NOVAS INFVLARVM ACCESSIONES

VIRO

SVMME REVERENDO MAGNIFICO ATQ
EXCELLENTISSIMO

DOMIN

CAROLO GO

HOFMAN

SS. THEOLOG. DOCTORI ET

PVBLCO ORDINARIO ET ADHV

REGIO-ELECTORALIVM

GRAVISSIMO

NVNC VERO

SUPERIORVM AVCTORITAT

SACRORVM GENERALI CVRI

STICAE ASSESSORI AD D. MARIA

MARIO ET SCHOLARVM INS

RECENS CREATO

CARMINE QVODAM PH

PIE GRATVLANTVR

RECTOR ET COLLEGA

VITEMBERGENS

VITEMBERGAE A.R.S. ∞

STANNO BOSSOEGELIA

